Sarraceni lingua et littera vtuntur Arabica hic inferius ſubimpreſſa.

De iudeis quorum etiam pleriqꝫ hiſce temporibus Hiero=
ſolymis manent.

Unt preterea Hieroſolymis his temporibus habitantes iudei vtriuſqꝫ ſe=
xus:circiter quingenti.in ſua perfidia et obſtinatione pertinaciter perſeueran
tes.velamen moiſi habentes fixe ſuper facies ſuas.ne lumen inſpiciant veri=
tatis.neqꝫ cōuertantur et ſanentur.vtpote qui indignos ſe iudicantes vite eterne.verbū
reſpuerunt ſalutis.viarūqꝫ domini noluerunt ſcientiam habere.atqꝫ ipm vite intereme
runt auctorem.impie ad pilatum conclamantes.Sanguis eius ſuper nos et filios no=
ſtros.Et quia noluerunt benedictionē:elongabitur ab eis procul.Nam et deo et homi
nibus odibiles facti ſunt.ſed et ſarraceni et barbari eos pre ceteris nationibꝫ perſequū=
tur.habentqꝫ exoſos.Et cum ceterarū hic recitentur nationum errores.eorū quoqꝫ ſum=
mis vt perſtringantꝫ labijs hereſes haud incōgruum reor.Judei cōfeſſores interpretan
tur.Multos enim ex his ſequitꝫ cōfeſſio:quos antea perfidia poſſidebat.Hebrei tranſi
tores dicuntur.Quo nomine admonentur:vt de peioribus ad meliora tranſeant.et pri=
ſtinos errores relinquāt.Phariſei et Saducei inter ſe contrarij ſunt.Nam phariſei ex
hebreo in latinum interpretantur diuiſi.eo ꝙ traditionū et obſeruationū ſuarum quas
illi deuteroſes vocant.iuſticiā preferūt.vnde et diuiſi vocantur a populo quaſi per iu=
ſticiam.Saducei interpretantur iuſti.vendicantes ſibi quod nō ſunt.corporū reſurre=
ctionem negant.et animas cum corporibus interire predicant.Hi quinqꝫ tm̄ libros le=
gis recipiunt.ꝓphetarum vaticinia reſpuunt.Eſſei dicunt ipm eſſe chriſtum qui docuit
illos omnē abſtinentiam.Morbonei dicunt ipm eſſe chriſtum qui docuit eos in omni
re ſabbatiſare.Geniſtei dicti ſunt eo ꝙ de genere Abrae eſſe ſe gloriantur.Nam cum in
Babyloniam veniſſet populus dei.pleriqꝫ relinquentes vxores ſuas.babylonicis mu
lieribus adheſerunt.Quidā autem Iſraeliticis tantum cōiugijs cōtenti.vel ex eis geni=
ti.dum reuerſi eſſent de babylonia.diuiſerūt ſe ab omni populo.et aſſumpſerūt ſibi hoc
nomē iactantie.Meriſtei appellati ſunt eo ꝙ ſaperēt ſcripturas.nō credentes oibus ꝓ=
phetis dicentes alijs et alijs ſpiritibus illos ꝓphetaſſe.Meris enim grece:latine pars
dicitur.Samarite dicti ſunt ꝙ legem ſolam cuſtodiant.Nam prophetas nō recipiūt.